Quelle:
Copyright:

Hic imediate in codice nostro Editur: "Collacio facta
" per Dominum Theodericum de Monys (a) Sacre theologie
" doctorem coram serenissimo principe domino S. Sigismun
" do ?. Romanorum et Ungarie etc Rege in magna aula
" regali colonie presentibus tota universitate et clero con
" gregatis ibidem XIX. die Novembris Anno M Quadringen
" tesimo XIIII. Dominus tecum virorum fortissime Scri
" bitur judicum Sexto quibus verbis celestis nuncius an
" gelus domini effatus est illum magni cordis virum Ge
" deonem" etc.

(a) Fortitan is est, Theodericus de Monasterio, Theologus coloniens. qui vixit Sæc. XV. et scripsit de vitio proprietatis, ad sermonem de necessaria morum in Ecclesiasticis reformatione in Concil. Constant. 1418. habitum. vide etiam Hattyhem Bibl. Colon. pag. 302.

In fine collationis Orator imperatori singulariter commendat universitatem, Ecclesiam, Clerum, et Civitatem coloniensem.

Joan. de novo lapide collatio.

Hanc collationem excipit alia, hac inscriptione:
" Collacio facta per Dominum Joanem de novo Lapide Le
" gum Doctorem in coronacione illustrissimi principis
" Sigismundi Romanorum Regis celebrata Aquisgrani
" Anno 1414. Mensis Novembris die octava. Ad honorem
" et laudem Dei Omnipotentis etiam regali cum proui
" dentia sacrum imperium gubernatur" etc. Finis hujus
" orationis est: " ut valeas in presenti laudabiliter reg
" nare et in futurum merearis summum Imperatorem
" feliciter contemplari qui est Rex regum et Dominus
" Dominantium Deus Super omnia benedictus Amen."

Quis fuerit iste Joannes, de novo lapide, nullibi repe
rire potui. Post hanc collationem habetur in nostro
codice Rubrica, seu Elenchus capitulorum in aurea
Bulla contentorum.

N. B. = de — Ceremoniale nostrum in multis concordat cum Pro
cessu in unctione Regis Romanorum apud aquisgranum
quem exhibet Freherus in suis notis in Petrum de
Andlo, et quam inspicere licet in libro: Repræsentatio
Reipublicæ germanie. Norim. ao 1656. 4. Totus autem
actus cum omnibus ritibus, formulis, ceremoniis inau
gurationis Regis apud aquisgranum reducus est T. II. Re
rum Germanicarum in Historiola electionis Maxim. I.
in Regem Rom.